

quia Delegato non competit iurisdictione cum effectu, nisi post presentationem litterarum, *cap. super eo. de appellat. & inde tollitur obiectum quod cum pars fuerit citata ad dicendum contra, & apparuerit, & nihil opposuerit, iudex potest procedere, cum enim iudex ante dictam presentationem litterarum non habuerit iurisdictionem, & consensu partium non potest validare processum, l. priuatorum, C. de iurisdictione omnium iudicum cum vulg. tenet in expreso Francus in dict. cap. super eo, col. 6. & ibi Decius, num. 28. & agitur de conferendo iurisdictionem, quam privati & dare non possunt, Felinus *cap. ceterum, num. 21. de rescriptis*, & testatur communem Gabriel. de executione rei iudicate, *conclus. 3. num. 3.* Cum ergo dicto iudici fuerit presentatum transumptum, ex alio transumpto processum originalis, Domini resoluerunt standum esse in decisio, cum illi non poterit de sua iurisdictione constare ex supradictis. Haec tenet de hac decisione.*

Et in eadem Trident. est alia decisio, coram eadem Dom. Cordub. 9. Iunij 1595. ubi id confirmatur, quæ est 610. nouissim. Farinacj, est etiam decisio in causa Abulen. pensionis 11. Maij 1600. coram Domino Sacrato, de qua testatus Nicolaus Garcia de beneficiis 1. p. cap. 5. num. 10. & alia Oxomenf. translationis pensionis 19. Iunij 1606. coram Domino Macenedo relata à Garcia de 5. num. 147. Quæ decisio post medium sic ait: Vnde hoc dato per me dubio, an mandatum auditoris Camerae ad fauorem Melchioris sit exequendum, Domini vtraque & parte informante resolverunt, non esse exequendum vti nullum & inualsum moti respectu nullitatis, tum quia de reservatione alicuius pensionis ad fauorem Melchioris non constat in actis, propterea requiritur pro validitate sententiae, etiam si executio agatur, Achilles *decis. 4. de rescriptis. n. 4.* Mandosius ad regulam 3. Chancellerie, 9. 7. n. 2. *vers. Hinc voluit Rota*, & propterea in simili fuit tenent in illa Roman. *conf. 4. Decembr. 1595.* eoriam R. P. D. Pamphilio, nec quoad suffragari potest Melchiori & copia illa asserti motus proprij, quæ in actis reperitur, siquidem quia est copia simplex non recognita, & caret citatione ad dicendum contra, quo fit, vt minime de actis esse dicatur, nullamque prorsus fidem faciat: ita Doctores in *authens. si quis in aliquo documento, C. de edendo, Cassiodor. decis. 7. in fin. de appellat. Cælar. de Grassis decis. 3. n. 7. de restit. spol. & Roman. conf. 5. 19. per totum. &c.* & tradit nouissimè Gratian. *discept. forens. c. 170. num. 17.* & accedit quod ait Gutierrez *practicar. lib. 4. q. 9. num. 10.* Quod cum ad probationem

94 & gratiæ & privilegij requiratur scriptura originalis, presentanda est, & non sufficit testimonium ipsius, in vna tamen *Laudens. pensionis de mense Ianuarij 1601.* coram Domino Penna fuit resolutum, quod executor transferens pensionem satis est certificatus de sua iurisdictione, licet non fuerit ei presentata litteræ originales: si tamen fuit ei presentatum transumptum extractum à Notario Camerae, & sigillo camerarij roboratum, cum clausula, quod illius copijs siue sumptis manu alicuius publici Notarij authenticatis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis adhibentur fides, & sic erat in forma probanti, &c.

Deinde quia hæc litteræ non sunt in monito-

rialibus insertæ ad finem, & vt eis agatur, & tractetur de causa principali, & de substantia gratiæ, sed dumtaxat ad finem & ad effectum probandi iurisdictionem Iudicis Delegati, iuxta text. in c. cum in iure peritus, & ibi communiter Doctores de officio Delegati, & sic in alio diuerso non probat, nisi originales appareant, Ioann. Gutier. in *consl. 2. 3. num. 8. & 9. Molphest. in summa morali tit. de iure patronat. num. 45. post Verall. & Seraphin. Riccius in tract. probat. iur. patronat. resolut. 18. num. 4.* Et quando & commissio in monitorialibus inseritur, vltra non probet, quàm ad illum effectum validandæ citationis, videnda quæ diximus infra *cap. 30. §. 4. prope finem.* Conductio quod exceptio modificatiua opposita ad vnum finem, potest postea ad diuersum in executione opponi, Nos de Regia protectione 4. part. capitul. 7. n. 71.

Ex quibus mirabilibus Rotæ decisionibus tres deducuntur conclusiones, & quæ omnino conueniunt his omnibus, quæ à principio huius quæstionis vltimæ, atque per eiusdem resolutione subtiliter ascertainamus.

Prima quod litteræ originales, vel transumptum authenticum, & solemniter transumptum adhibitis requisitis iuris dumtaxat in iudicio fidem faciunt, & probationem, non autem transumptum minus solemne.

Secunda quod litteræ gratiæ insertæ in processu fulminato, monitorialibus, & alijve actis judicialibus, non faciunt fidem, nec probationem legitimam, postquam oppositum est à parte de hoc defectu, nisi insuper ostendantur, exhibeantur & presententur eadem litteræ gratiæ originales, vt constat ex priori decisione Tridentina, & ex Doctoribus citatis superius à n. 68. *vers. Imò nec processus fulminatus.*

Tertia, quod quando defectus adest iurisdictionis, & tunc nec monitoriales, aut decreta citationis, nec multò minus litteræ gratiæ in eisdem insertæ habent aliquam facere possunt, etiam vbi alias fidem facerent, & etiam si à parte non fuerit oppositum de hac exceptione, propterea ex vtriusque decisionibus, manifestè patet; ergo multò magis vbi deficit iurisdictione in fundamento, quia in commissione fuit forma subscriptionis propriæ manus Sanctissimi iuxta decretum Concilij Trident. in dict. cap. causa omnes, & quæ à principio huius capituli deduximus; & huic conclusioni directè consonant fundamenta apposta sursum à num. 35. & sequentibus, & in aliis locis ad quæ Nos remissimus ibidem, videnda omnino.

Quæ omnia nota, & mente tene, quoniam vtilissima sunt, & ad plurimam deseruiunt militanti in hoc supremo Regio Consilio, quo frequentissimè contingit dubitari, quando his transumptis fides sit adhibenda, & frequenter in multis causis Senatus appetit originales litteras gratiæ.

Tum etiam deseruiunt omnia, vt sciatur ex quibus litteris potest pars vti, ageretur coram Ordinario, postquam per Senatum cause in prima instantia sit remissa ob defectum subscriptionis, atque etiam quæ litteræ gratiæ transumptæ sint parti tradendæ, vt illis coram Ordinario vtatur, quæ verò retinendæ sunt in Senatu facta eidem causæ simpliciter remissione.

Quid autem sit dicendum de his litteris monitorialibus, in quibus attestatur Notarius Apostolicus

licus & fuisse subscriptas de propria manu Sanctissimi; alioquin petit indagationem, & speciale examen, de quo infra hac 2. part. cap. 30. §. 4. per totum, latius erit videndum, & accurate examinandum, quia pluries contingit hæc difficultas, casusque continet confusionem discretiue exaggerandam.

Atque tandem pro corone huius capituli illud erit animaduerendum, quod si forte in discursu huius secundæ partis, dum de remittenda causa Ordinario inter loquendum de litteris iusticiæ dixerim aliquando litteras remittendas per Senatum Ordinario; inaduertenter dixisse intelligas, & loqui aduertat de causa dumtaxat retentis litteris in Senatu iuxta regulas, & limitationes in hoc cap. à principio, & ad eas reducendum erit, quidquid diximus alibi circa harum litterarum retentionem, vel remissionem. Vt nempe regulariter semper litteræ gratiæ, quibus inserta venit commissio executoris, sint tradendæ impetranti, vt eis vtatur coram Ordinario, quando ad eundem per Senatum sit remissio cause in prima instantia. Per contrarium autem regulariter omnes litteræ iusticiæ retinendæ erunt in Senatu, simpliciter facta Ordinario cause remissione.

CAPVT XXVII.

Ob executionem Romæ factam contra obligatum ibidem in forma Camerae, etiam Romæ non reperitur, siue Clericus sit, siue laicus, an percipi dicatur prima Ordinarij instantia, vt Regis protectio locum habeat.

SVMMARIVM.

Obligati Romæ per se, vel procuratores in forma Camerae in partibus degentes, an exequi possint ab Auditore Camerae, vel vti Regalia protectionis, vt monitoria sibi intimata, siue litteræ declaratorie incursus censurarum retineantur, & causa Ordinarij remittatur, num. 1. cum seqq.

Concilium presertim primam instantiam Ordinarij non sustulit legitimos modos, quibus de iure communi permittitur ab eis recedere in prima instantia, num. 2.

Ratione contractus foritur quis forum alienum, quia de iure Iudex loci contractus dicitur competens, num. 3.

Clericus non potest prorogare iurisdictionem alienam absque sui Ordinarij consensu, nec proprii fori renuntiatio tenet, num. 4.

Prorogationem alienæ iurisdictionis tacite indultam à lege ratione contractus, aut delicti Clericus facit sine licentia Ordinarij, licet expressa, & in pactum deducta non teneat, n. 5.

Prorogatio ex iuris necessitate, & tacite indulta à lege, non requirit consensum Episcopi, n. 6.

Obligatio alicui prohibita non intelligitur, quæ a lege tacite & incidenter ex actu permisso inducitur, num. 7.

Alienatio tacite indulta à lege tanquam necessaria comprehendit minorem, quæ nec requirit decretum Iudicis, num. 8.

Alienatio prohibita intelligitur de facta ab homine, non de tacite indulta à lege, n. 9.

Donatio tacite indulta à lege, non requirit acceptationem, num. 10.

In irrevocacione translatione tacite indulta à iure non requiritur consensus Episcopi, n. 11.

Contractus ubi est à iure permixtus inter partes principales, non attenditur preiudicium inde alteri ortum incidenter, & in consequentiam, n. 12.

Renunciatio proprii fori expressa in contractu alibi loci contractus contra obligatum, ibi non reperitur, num. 16.

Clericus Romæ obligatus ibidem nequit exequi non reperitur tempore executionis, n. 14. & seqq.

Loco contractus quis conueniri potest, si ibidem reperitur non alter, n. 15.

Iurisdictione in alienum subditum, vt ratione contractus adquiratur; duo copulatiue requiruntur, celebratio contractus, & quod in eo reperitur obligatus tempore conuentionis, n. 16.

Iudex loci contractus acquirit iurisdictionem conditionaliter, si in eo reperitur obligatus, non absolute, num. 17.

Si cum contractus celebratione in alio loco concurrat simul expressa renunciatio proprii fori absolute acquiratur iurisdictione contra contrahentem etiam ibi non reperitur, n. 18.

Nac tamen renuntiatione expressa Clericus absque licentia sui Episcopi vti non potest, n. 19.

In expressa fori renuntiatione facta per Clericum consensu proprii Episcopi est necessarius, licet non in tacita indulta à lege, n. 20.

Couarr. obseruatio refertur quod Iudici loci contractus non acquiritur iurisdictione, ex simul inserta expressa renuntiatione Clerici sui fori, n. 21.

Auditor Camerae caret penitus iurisdictione contra Clericum Romæ obligatum, ibidem tamen non reperitur, est expressè renuntiauerit proprio foro desiciente consensu Ordinarij, cui Senatus huiusmodi causas quouidie remittit, n. 22.

Consensus partis solus absque consensu Ordinarij non sufficit ad prorogandam alterius iurisdictionem, nec partis sola renuntiatione valet, n. 23.

Doctores attribunt iurisdictionem Iudici laici contractus non absolute, sed conditionaliter, si ibi reperitur contrahens, n. 24. & seqq.

Cap. Romana, §. contrahentes de foro competentis, lib. 6. verba ponderantur, & interpretantur, num. 25. & seqq.

Dictio (nisi) inter alios effectus limitatiuos, seu negatiuos importat conditionem, maxime relecta ad tempus futurum, ibid.

Dictio (nisi) importat formam, num. 26.

Iurisdictione conditionaliter attributa non acquiritur Iudici, nisi prius conditione purificata, ita vt antea eius processus sit nullus iurisdictionis defectu, num. 27.

Conditio super qua datur iurisdictione plenè probanda est, num. 28.

Sententia lata ante purificatam conditionem, sub qua iurisdictione data fuit, est nulla, nec transit in rem iudicatam, num. 29.

Auditor Camerae caret iurisdictione contra Romæ obligatum, ibi tamen non reperitur, est Clericus proprii foro simul renuntiauerit sine licentia Ordinarij, cui Senatus remittit causam retentæ litteræ, num. 30.

Sententia lata ab alieno Episcopo ratione contractus, & renuntiationis Clerici sine licentia Episcopi an sit nulla, num. 31.

Sententia lata super actis nullis ex defectu iurisdictionis pariter nulla est, num. 32.

Acta sunt vehiculum ad sententiam, ibid.

Causa ob quam irritatur processus influit in sententiam, ibid.

Si notari ex tenore Scripturae apparet contractum non fuisse celebratum in illo loco processus, & sententiam iudicis nulla est, n. 33.

Si tamen est dubium, & Clericus declinat, acta erunt nulla iuxta Scacciam, n. 34.

Quae observatio procedit, accedente necessario requisito, quod sit repertus debitor in loco contractus, num. 35.

Conditione super qua fundatur iurisdictionis loci contractus deficiente, atque Clerici renuntiatione cum licentia Ordinarii, processus contra non repertum ibidem, corruit, n. 36.

Tridentin. licet non susulerit legitimos modos sortiendi alienum forum, non tamen illegitimos de iure communi approbat, propterea est quando reus non reperitur in loco contractus, n. 37.

Iuramentum appositum in contractu tribuit iurisdictionem iudici loci contractus, licet ibi non sit repertus, num. 38.

Iuramentum si non accedat obligationi de respondendo in loco contractus, sed eius principali dispositioni tantum, non tribuit iurisdictionem contra ibidem non repertum, n. 39.

Clericus iurans respondere in loco contractus absque consensu Ordinarii non tribuit iurisdictionem si in eo non reperitur, n. 40.

Renuntiatio fori non valet in praedictum superioris, nec eiusdem renuntiantis ratione iuris complicati, num. 41.

Iuramentum non auget principalem obligationem, sed intra illius limites addit robur, n. 42.

Ad effectum sortiendi forum alienum idem operatur locus contractus, & locum destinate solutionis, num. 43.

Duo casus ubi à iure equiparantur dispositum in uno, & in alio dispositum intelligitur, n. 44.

Forum quis non sortitur in loco destinate solutionis, nisi ibidem debitor reperitur, n. 45.

Fictio in casu ficto idem operatur, quod veritas in casu vero, num. 46.

Clericus conveniri potest in loco destinate solutionis, absque consensu Episcopi, si ibi reperitur, quia est prorogatio tacita, & à lege inducta, num. 47.

Conarium observatio ad idem adducitur, n. 48.

Locus contractus celebrati per Procuratorem attenditur ad sortiendum forum, non locus ubi factum fuit mandatum, n. 49.

Ad iurisdictionis acquisitionem ratione contractus non sufficit quod reperitur procurator obligati, sed principalis propria persona, n. 50.

Auditor Camerae hodie ex Tridentin. nequit cognoscere de obligatis in forma Camerae, nec causas coram Ordinariis pendentes in prima instantia auocare, num. 51.

Concilium Tridentin. licet non susulerit legitimos modos iuris sortiendi alienum forum, non tamen illegitimos, & à iure reprobatos admisit, n. 52.

Ex contractu extra Curiam Romanam celebrato, nec si ibi celebratur sortitur eius forum, nisi in ea reperitur contrahens, nec suppletur reperitio per expressam Clerici fori renuntiationem, sine consensu Ordinarii, n. 53.

Litteras declaratorias, qualibetve alias ab Auditore Camerae expeditas contra obligatum Ro-

ma, vel extra eam ex obligatione Camerali degentem in partibus Senatus retinet, & causam remittit Ordinario, ibid.

Gabrielis Pereira observatio refertur, recusum ad Regem ubi post Clericum obligatum ex obligatione Camerali pro pensione Roma solvenda excommunicatum, in ius Regis degentem, n. 54.

Nemo potest se obligare, ut absque contumacia, & causa cognitione possit excommunicari, nec stylus tenet, ut omittatur citatio in executione necessaria, ibid.

Consensus proprii Episcopi ex quibus inducitur ad inducendam validam prorogationem Clerici, num. 55, remissive.

Consensus Vicarii Episcopi non sufficit ad validam prorogationem alienae iurisdictionis factam per Clericum, num. 56.

Laicus Roma obligatus ex Camerali obligatione per se vel procuratorem, an ab Auditore Camerae exequi valeat, n. 57, & seqq.

Vassallus Regis obligatus in forma Camerae nequit consistere in iurisdictione Iudicis Ecclesiastici, num. 58.

Litteras, etiam declaratorias, expeditas ab Auditore Camerae contra laicum in forma Camerae obligatum, & submissum sua iurisdictioni, retinet Senatus, & causam remittit Iudici laici competenti declarando vim fieri, n. 59.

Vassallus Regis contrahens in Regno extraneo, ibique respondere promittens sibi fuerit repertus, convenitur, n. 60.

Observatio Gabrielis Pereira circa Lusitanos obligatos in Regno Castella, n. 61.

Vassallus voluntarie, & expresse consentiens in iurisdictionem alterius Regis non praedicti Regi, qui illum detinere potest, ne extra Regnum litiget, num. 62.

Princeps potest se opponere executioni sententiae latae in Regno extraneo contra suum vassallum, ex prorogatione eius expressa, n. 63.

Barones passim solent vindicare subditos alienam iurisdictionem voluntarie prorogantes, n. 64.

Remissio non est facienda, si Iudex eam petens, & requisitus non sit eiusdem Imperii, & Principatus, num. 65.

Clericus ratione contractus, aut destinate solutionis, alienum forum sortitur sine consensu Ordinarii, si ibidem reperitur, n. 66.

Augustinus Barbosa contrariam opinionem tenens in causa propria annotatur, n. 67.

Votum opprimuntur & fatigati solent subditi & vassalli horum Regnorum, indistincte, siue Clerici, siue laici ab Auditore Camerae & Apostolica expediente censuras, vel potius de claratorias incurtus in eas, pro executione obligationis ab illis fere eorum procuratoribus factae in Romana Curia (& interdictum extra eam) in forma Camerae Apostolicae, siue pro pensionibus debitis, siue pro aliis expensis pro expeditione Bullarum, dispensationum & similibus, ac etiam siue in eadem Curia Romana reperiantur, siue non, sed imò in partibus degentes.

Qui sic subito innodati censuris, confugere frequenter assolent ad hunc Senatum Supremum conuentes de oppressione, & violentia, & literarum retentionem postulant, atque ad

me, vel extra eam ex obligatione Camerali degentem in partibus Senatus retinet, & causam remittit Ordinario, ibid.

Gabrielis Pereira observatio refertur, recusum ad Regem ubi post Clericum obligatum ex obligatione Camerali pro pensione Roma solvenda excommunicatum, in ius Regis degentem, n. 54.

Nemo potest se obligare, ut absque contumacia, & causa cognitione possit excommunicari, nec stylus tenet, ut omittatur citatio in executione necessaria, ibid.

Consensus proprii Episcopi ex quibus inducitur ad inducendam validam prorogationem Clerici, num. 55, remissive.

Consensus Vicarii Episcopi non sufficit ad validam prorogationem alienae iurisdictionis factam per Clericum, num. 56.

Laicus Roma obligatus ex Camerali obligatione per se vel procuratorem, an ab Auditore Camerae exequi valeat, n. 57, & seqq.

Vassallus Regis obligatus in forma Camerae nequit consistere in iurisdictione Iudicis Ecclesiastici, num. 58.

Litteras, etiam declaratorias, expeditas ab Auditore Camerae contra laicum in forma Camerae obligatum, & submissum sua iurisdictioni, retinet Senatus, & causam remittit Iudici laici competenti declarando vim fieri, n. 59.

Vassallus Regis contrahens in Regno extraneo, ibique respondere promittens sibi fuerit repertus, convenitur, n. 60.

Observatio Gabrielis Pereira circa Lusitanos obligatos in Regno Castella, n. 61.

Vassallus voluntarie, & expresse consentiens in iurisdictionem alterius Regis non praedicti Regi, qui illum detinere potest, ne extra Regnum litiget, num. 62.

Princeps potest se opponere executioni sententiae latae in Regno extraneo contra suum vassallum, ex prorogatione eius expressa, n. 63.

Barones passim solent vindicare subditos alienam iurisdictionem voluntarie prorogantes, n. 64.

Remissio non est facienda, si Iudex eam petens, & requisitus non sit eiusdem Imperii, & Principatus, num. 65.

Clericus ratione contractus, aut destinate solutionis, alienum forum sortitur sine consensu Ordinarii, si ibidem reperitur, n. 66.

Augustinus Barbosa contrariam opinionem tenens in causa propria annotatur, n. 67.

Votum opprimuntur & fatigati solent subditi & vassalli horum Regnorum, indistincte, siue Clerici, siue laici ab Auditore Camerae & Apostolica expediente censuras, vel potius de claratorias incurtus in eas, pro executione obligationis ab illis fere eorum procuratoribus factae in Romana Curia (& interdictum extra eam) in forma Camerae Apostolicae, siue pro pensionibus debitis, siue pro aliis expensis pro expeditione Bullarum, dispensationum & similibus, ac etiam siue in eadem Curia Romana reperiantur, siue non, sed imò in partibus degentes.

Qui sic subito innodati censuris, confugere frequenter assolent ad hunc Senatum Supremum conuentes de oppressione, & violentia, & literarum retentionem postulant, atque ad

ad suos Iudices Ordinarios causa: in prima instantia remissionem petentes, magna hinc oriri solet inter iurisperitos controversia (hactenus non digesta) varie sentientes; Nos autem tum rogati, tum à tractatus perfectione adstricti, illam accuratè dirimendam disputatione praemissa pollicemur.

Et pro parte negativa, quod sit deneganda protectio, non leuia videntur fundamenta. Primum quia Concil. Trident. sess. 24. de refo. c. 20. primam praesertans instantiam Ordinariis nullatenus fultulit legitimos iuris modos, per quos sortitur quis forum alienum, imò in eisdem non procedere, eisdem Trident. dispositionem, ex declarationibus sanctae Congregationis Cardinalium magnaque Doctorum cetera resoluimus hac 2. part. cap. 1. v. f. Plures ta non alij casus à num. 8. per tres §§. sequentes.

Sed ratione contractus quis sortitur legitimum forum illius Iudicis in cuius loco, aut districtu contracti, quia talis Iudex loci contractus dicitur de iure competens, iuxta iura & Doctores per Nos citatos (& etiam citandos superius hac 2. part. cap. 5. §. 3. à principio, ubi propterea resoluimus multos relatis Doctoribus; protectionem denegandam in Senatu, à quo nec fit causa Ordinarij remissio. Igitur Auditor Camerae Apostolicae legitime procedere dicitur etiam in prima instantia, super executione obligationis Cameralis per aliquem Romae factam, cum ratione contractus competens sit Iudex dicens, propterea habere in facultatibus suis à Pontifice concessis, ex pluribus Doctoribus probauimus in dist. cap. 5. §. 3. à num. 4.

Secundò, quia licet constans sit in iure, & à communi Doctorum opinione & vallata resolutione, quod Clericus nullatenus valeat prorogare iurisdictionem alterius Iudicis Ecclesiastici, nec in eam consentire, absque licentia sui proprii Episcopi Ordinarij, sine quo eius prorogatio, & proprii fori renuntiatio non tenet, nec operatur, ut probat text. in cap. significasti, de foro competens. cap. non licet 3. q. 1. cap. 1. & 2. 11. quast. 2. Bald. in l. 1. §. & post, n. 3. ff. de noui operis nunciatio. Abbas in cap. ceterum, num. 11. de iudiciis, Ancharranus in cap. 1. num. 2. de foro competens. Decius in cap. de quo, num. 84. & in cap. de Clerici, n. 264. de iudiciis, Alexand. de Nevo in cap. P. & G. num. 84. de constitutionibus, Turrecemat. in cap. nullus el 2. num. 39. quast. 2. & in cap. non licet, num. 3. quast. 7. Lappus in cap. 1. num. 5. de foro competens. in 6. Zanet. in tractat. de differentiis inter ius Civile & Canonicum, differentia 205. in 1. tom. tractat. diuersorum, Ioann. Baptista de S. Blasio in contradist. iuris Canonici. & Civil. contradist. 83. eodem modo, Bertachin. in tractat. de Episcopo in 5. part. limitat. 4. num. 96. Benedic. Capra in suis regul. sub tit. de prorogatione, num. 16. Angel. Aretin. in l. Imperatores, num. 4. de appellationibus, Ludolphus Serarder. Ultramon. in tractat. de feudis, part. 1. o. sectio. 1. num. 146. Lelius de Zanchis in tractat. de privilegiis Eccles. privileg. 87. num. 10. Hieronym. Pappo. consil. 1. num. 14. lib. 1. Birinus consil. 14. num. 10. lib. 1. Gratus consil. 87. num. 4. lib. 1. Cuman. super ritib. Maggior. cap. 42. num. 124. Iacobi in l. haeres absens, §. si quis iuriam, ff. de iudiciis, Socinus in cap. praenit; num. 391. de sentent. excommunicacionis, Mozz. in tractat. de feudis, in titul.

de natura, feudi, num. 131. Capietus decisio. 9. num. 13. Roman. singular. 745. ubi Scram. in additionibus, Petrus Gregor. in tractat. de iudiciis causa feudali, quast. 7. num. 19. Bernard. Vuerne. Ultramon. practicarum forensium, lib. 1. tit. 1. observatio. 12. num. 2. & infiniti penè alij statim allegandi.

Tamen haec vera resolutio committitur à Doctoribus declaratur, & limitatur, ut dum taxat procedat, quando prorogatio haec, & fori proprii renuntiatio à Clerico sit expressa, & ex sua voluntate verbaliter, & actualiter promissa, aut aliter in pactum deducta absque consensu Episcopi; secus autem, quando tacite fit, atque inducitur ex aliquo actu, puta vel contrahendo, vel delinquendo, quia tunc potest iurisdictionem alterius Iudicis Ecclesiastici licite prorogare, absque sui Episcopi consensu, nam eo casu non ex ipsius voluntate, sed ex necessitate iuris prouenit prorogatio ista, in qua proprii Episcopi consensus necessarius non est, ad hoc ut Clericus conveniri possit, & iudicari à Iudice loci contractus, cuius ratione forum tacite sortitus fuit; hanc distinctionem quam plurimi faciunt firmantque Doctores Ioannes de Anania in cap. si diligenti, num. 8. de foro competens. Abb. in cap. dilecti filij, num. 8. eodem titul. Paulus de Castro in l. 1. num. 9. ff. si quis in ius vocat non terit, Decius in cap. de quo Vuldo, num. 90. de iudiciis, & in l. 1. num. 14. ff. de iudiciis, Abbas consil. 24. col. 1. & 2. lib. 2. Bald. in l. Senatores, num. 3. de Senatoribus, Iacobinus in l. est receptum, in 1. lectur. num. 4. ff. de iurisd. omnium iudic. & in l. 1. num. 14. ff. de iudiciis, Ferretus consil. 366. num. 17. lib. 2. Pelf. Ultramonta. in processu iudic. tit. 9. num. 62. & post Alexand. Rippam, & Abbat. idem firmat Petr. Barbof. in l. haeres absens, §. 1. à num. 61. ff. de iudiciis. Et cum Speculatore, Roman. Alexand. & Abb. idem firmat Maranta de ordine Iudicior. 4. part. distinctio. 22. num. 24. Anton. de Battio in cap. significasti, num. 11. & sub num. 18. de foro competens, Marianus Socinus in cap. dilecti, ubi Felin. sub num. 7. quast. 1. eodem titulo, & in cap. ex literis, sub num. 27. de mutuis petitionibus, & alij citati, & sequitur à Sigisfundo. Scaccia in tractat. de sentent. & re iudicat. glossa 7. q. 3. limitation. 1. à num. 43. & sequentibus, Marta de iurisdictione 2. part. capitul. 6. num. 47. & latius prosequitur Carolus de Grassis de effectibus Clericatus, effectus 1. à num. 67. & sequentibus Legendus à num. 53. cum aliis sequentibus.

Cuius distinctionis & declarationis rationem reddunt Doctores, quia haec renuntiatio proprii fori, & alieni adquisitio non pronemittit immediate à voluntate, & consensu Clerici obligati, sed secundario, & causatiue inducta ex iuris necessitate, & eiusdem dispositione, quae iubet; partes etiam inuitas respondere debere in loco, in quo contraxerunt, cuius forum ratione contractus ibidem gesti sortiantur, ex capitul. 1. §. contrahentes de foro competens. lib. 6. & ex aliis citatis Iustum, capitul. 5. §. 3. in principio. Quare consensus proprii Episcopi non requiritur in hac prorogatione, quae magis dicitur prorogatio iuris, quam hominis, ut post plures Doctores probat Scaccia ubi proximè, dist. limitation. 1. à num. 23. Petrus

Barbosa in l. 1. art. 3. num. 223. ff. de iudiciis, Narvarius in cap. accepta, oppositio. 8. num. 5. de vestitur. spoliar. & fere omnes alij Doctores habent citati eandem rationem reddunt, quibus adde Cepollam conf. 1. n. 16. Farinacium in tract. crimin. quest. 8. num. 14. Iacobum de Grassis in decis. auct. 2. part. lib. 3. cap. 26. num. 27. & 28. ubi alios allegat, Cerola in praxi Episcop. in verbo Clericus, §. 12. Carolus de Grassis de effectibus Clericatus. effect. 1. sub num. 53. vers. & licet glossa, & num. 63.

Et corroboratur, quia quando obligatio alicui prohibetur, non intelligitur prohibita obligatio tacite inducta a lege incidenter ex contractu permisso, bene Cathartius decis. 46. à num. 23. Et quia licet minori prohibeatur alienatio & absque consensu, & decreto Iudicis; tamen quando alienatio tacite inducitur a lege, tanquam necessaria comprehendit minorem etiam sine decreto Iudicis, latè de variis exemplis per Gratianum disceptationibus forensium. 1. capitul. 27. à num. 44. cum sequentibus. Et prohibita alienatione, intelligitur facta ab homine, non tamen ea quæ tacite inducitur a lege ex aliquo actu, plurimos citat Mieres in tractatu de maiorat. 4. part. quest. 1. limitation. 1. à num. 6. bene conducit quod per Monetam de commutationibus ultimarum voluntatum. capitul. 11. num. 212. fol. 1543. Atque etiam quod per Mieres de maiorat. 1. part. quest. 68. à num. 43. & quest. 36. à num. 24. dicentem, quod donatio & tacite inducta a lege non requirit acceptationem, ubi plures citat. Et Moneta loco citato, & quod in iurispatronatus translatione inducta incidenter à iure non requiritur Episcopi consensus.

Deinde quia quando principalis actus, & dispositio est à iure inter partes principales permissionem attenditur præiudicium inde proveniens alteri in consequentiam; plurimos ad id congerit Doctores Nicolaus Garcia de beneficiis 5. part. cap. 1. à num. 726. & sursum, optimas doctrinas congerit plenè in comprobationem Ioannes Gutierrez in tractatu de gabellis, quest. 90. præcipue à num. 9. ubi plurima iura ponderat, & post Tiraquel. & Suredum bene comprobat Gratianus disceptat. forens. cap. 192. à num. 26. & sequentibus. Itaque cum nostra obligatio, Cameralis principaliter inter partes sit permilla, non attenditur præiudicium inde tacite proniens iurisdictioni Ordinarij, quando alibi contractus celebratus fuit, cum hoc præiudicium proveniat illatè à iure, & eius necessitate, non ex voluntate immediata contrahentium, atque ideo dicendum videtur, Clericum sine consensu Episcopi sui legitime exequi ab Auditore Camerae, & cuius forum ratione contractus ibidem celebrati fuit sortitus, sine ibidem reperitur, hinc non, cum simul proprio foro in dicta obligatione Camerali soleat renuntiare, quæ renuntiatio id operatur, ut possit ibidem etiam non repertus obligatus exequi, & conveniri, ut statim dicemus, atque per consequens recursum, & protectio cessabit, cum nequeat dici percussa prima instantia Ordinarij.

Quibus tamen & aliis minime obstantibus, & contrarium de iure verius probandum erit in nostro casu, ut scilicet Clericus Romæ obligatus ex obligatione in forma Camerae ad pensionem, vel quid aliud, in partibus degens, nec

tempore executionis sit repertus in dicta Romana Curia exequi ab Auditore Camerae, aliòve iudice Romanæ Curia non possit, nec per iudicium contradictoriarum declarari in censuram incurrisse: inenarrabili fundamentum probatur.

Etenim de iure quibus sortitur forum contractus, & ibidem conveniri potest, si contrahens ibi reperitur, non aliter: text. est expressus in cap. Romana §. contrahentes verò aliarum Diocesum, super contractibus in ius à Remensi Diocesi ab eisdem (nisi inveniatur ibidem) trahere coram se non debent inuitos, &c. de foro competenti, lib. 6. l. 1. §. hares absens ff. de iudiciis. Nam ut Iudex in subditum alienum adquirit iurisdictionem, non est sufficiens, solus contractus, sed duo copulativè requiruntur præcisè, & contractus in suo districtu celebratio, & simul quod ibidem reperitur tempore conventionis; ita latè probat Covarr. practicarum, q. 610. n. 3. in princip. & n. 4. & lib. 1. variar. cap. 4. n. 1. Bernard. Diaz in regul. 146. & 642. Belluga in speculo princip. rubric. 11. §. visum est. & ibidem latè Camill. Borrell. in addition. litt. A. Auleficus in d. 217. praxor. verb. entrogen. n. 16. cum seqq. Menchac. vsufrequent. cap. 52. Cenedus in collect. ad sextum, collect. 33. n. 1. Augustinus Barbof. in collect. ad dictum §. contrahentes, num. 13. Zevallos commun. contra commun. quest. 154. Cardos. in praxi iudic. & advocator. verb. forus, n. 2. Petrus Barbof. in l. hares absens. §. 1. num. 7. cum seqq. & §. proinde, à num. 4. & §. vltim. num. 50. cum sequentibus ff. de iudiciis. Alofius Riccius in collectanea decisionum, part. 2. collectanea. 339. Sigismundus Scaccia in tractat. de commertia. §. 2. gloss. num. 208. & à num. 194. & in lib. 1. causa civil. & criminal. cap. 101. num. 30. & in tract. de sententia & re iudicat. gloss. 7. quest. 3. limitat. 4. à n. 107. cum multis seqq. & præcipue, n. 110. 112. & 113. & sub num. 116. sub vers. Secundus casus est, & lib. 1. causa civil. & criminal. cap. 40. n. 6. Parladorius lib. 1. rerum quotidianar. cap. fin. 2. p. §. 1. num. 3. & Nos alios citavimus hac 2. part. cap. 5. §. 3. ad princip. & sic loquuntur, & intelliguntur omnes Doctores simpliciter dicentes, ratione contractus forum sortiri, quaque declaratione, & requisito respondetur ad omnia in contrarium adducta.

Ex quibus iuribus & Doctoribus obiter notabis, & quod Iudex loci contractus acquirit iurisdictionem conditionaliter, si ibidem reperitur obligatus, non tamen absolutam, quod aliis inferius ponderabimus. Igitur si obligatus Romæ non fuerit repertus tempore executionis; Auditor Camerae nulliter contra eum procedit, ex defectu iurisdictionis, quam aliter non acquisivit perfectè, nisi obligato præsentè, atque per consequens prima Ordinarij instantia vulnerata dicitur, cui indubiè huius executionis causa per Senatum fiet remissa.

Deinde hæc pars fuleitur; nam etsi tunc adquiratur iurisdictioni iudici loci contractus, & contra ibidem non repertum, quando simul obligatus expressè se submisit eius iurisdictioni, simulque proprii domicilij foro expressè renuntiavit, iuxta communem ab omnibus receptissimam sententiam, ut tunc contrahens etiam repertus in loco contractus possit ibidem conveniri, ita ut ad ipsum sit faciendâ remissio, Gloss. est ad hoc celebratissima, in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit, quam omnes ibidè sequuti sunt, & maxima cum

com laude in dict. l. hares absens. §. 1. ff. de iudiciis, præsertim Paulus de Castro num. 8. Iacob. Lancel. Decian. & alij, ac præter eos Iacobus de Billoili. in c. Romana. §. contrahentes, n. 94. & ibi Franciscus post alios à citatos de foro compet. lib. 6. Abb. Panormit. num. 37. & Felin. n. 22. in c. fin. de foro competenti. n. 18. & 22. Decius n. Ripa n. 65. August. Berolius n. 196. Alciat. num. 51. in cap. 1. de iudiciis. multa per Iall. & Curt. Iunior. in dict. l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit, n. 6. Bald. in l. cum Artemidoram. C. ut in possessionem Legator. idem Bald. in c. præterea, de officio Delegati. Roman. in singul. 179. Iaf. in l. 1. ff. de eo quod certo loco. Marianus Socinus in cap. dilecti, n. 39. de foro competenti. optimè Covarr. practice. quest. cap. 10. num. 5. & supra à num. 3. post quem Alciatum, Montalium, Aulefium, & Aucandanium, & Didacum Perez idem affirmat Parladorius, lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 2. part. §. 1. à num. 2. cum sequentibus. Barbof. in l. 1. ff. de iudiciis, art. 3. num. 224. Ripol. variar. resolut. tom. 1. de iurisdictione omnium iudicium, num. 404. Ioannes Gutierrez de iurament. confirmator. 3. part. cap. 16. à nu. 3. & sequentibus, Sigismundus Scaccia in tract. de sententia & re iudicat. glossa 7. quest. 3. limitat. 4. à n. 116. cum sequentibus, apud quos de materia latè videre poteris.

Tamen hæc renuntiatio proprii fori expressam, Clericus absque consensu sui Ordinarij facere nequit, & obstanti illi magna illa Doctorum vetera, de qua sursum, versicul. Tamèn hac vera resolutio, à num. 5. cum sequentibus, probantium, communem opinionem, iurisque Canonica prohibentia Clerico protogationem absque proprii Episcopi consensu locum habere, quando expressè protogationem fecit, atque renuntiavit suo foro; non tamen quando tacite inducitur a lege, ultra quos idem probant cum Nauarro, Menchaca, Azuevedio, Morla, Petrus Barbofa in l. 1. articul. 2. num. 132. cum sequentibus ff. de iudiciis. D. Ioann. Baptist. de la Rea in decis. Granatens. disp. 4. n. 16. in fine.

Sed sic est, quod ad hoc ut Iudici loci contractus adquiratur in acta iurisdictione in contrahentem non repertum in loco contractus, est necessaria expressa proprii fori renuntiatio, ita ut solus contractus non sufficiat, ex communi Doctorum modo relata; ergo in huiusmodi fori expressa renuntiatio necessaria & præcisè in Clerico debet intervenire proprii Episcopi consensus, iuxta communem Doctorum, iurisque Canonica de quibus in secundo fundamento contrariae partis, num. 4. cum eius consensus requiritur, ubi intervenit expressa renuntiatio; ac per consequens dum deficit (quantumvis obligatus in forma Camerae se submisit Auditoris Camerae iurisdictioni, proprio foro expressè renuntians) ipse Auditor nulliter & sine iurisdictione, violentè que procedet contra sic in Romana Curia obligatum, ibidem tamen non repertum, sed potius in partibus degentem, quia nulla sibi fuit hoc casu in illam quæ sita iurisdictione ex iuris communis, & Canonici dispositione.

Hanc insuper partem in his terminis contra Marianum, Socinum, & Ripam rectè, & eruditè defendit post plures alios Doctores, Covarr.

in pract. questionib. c. 10. sub dict. n. 5. vers. Oclaud. qui postquam resolut, non esse necessarium, adesse in loco contractus contrahentem, si expressè renuntiaverit suo proprio foro, limitat in Clerico non interveniente consensu sui Episcopi, in hæc: Oclaud. ab eadem radice procedit, quod Panormitanus in dict. cap. vltimo, de foro competenti, n. 37. asserens prædictam renuntiationem minime valere, si ea facta sit à Clerico absque proprii Iudicis, & Episcopi consensu, significasti de foro competenti, quo expressim deciditur, non posse Clericum consentire absque Episcopi consensu in alterius Iudicis iurisdictionem, qua ratione sequuntur hanc Abbatis opinionem reimus in dict. c. vltimo, n. 22. Iacob. in dict. l. hares absens, §. 1. col. 1. Decius in dict. cap. 1. de iudiciis, n. 23. & ibi Felinus num. 6. quorum opinio mihi omnino placet, cum in hac specie fiat ab ipso Clerico expressa renuntiatio proprii Tribunalis, & consentiat ipse expressim in alium Iudicem, quod fieri iure non potest, & ideo hac sententia maxima ratione fuleitur, & tenenda erit, quantum Marianus Socinus in dict. dilecti, n. 39. & Ripa in dict. cap. 1. de iudiciis, num. 68. contrarium tenuerint, &c. Hæc Covarr. cuius sententia præcisè subsciperant omnes illi Doctores, qui firmarunt, renuntiationem proprii fori expressè factam à Clerico absque sui Episcopi consensu, nec valere iurisdictionem aliquam tribuere, quos cognoscimus supra n. 5. & seqq. vers. Hæc tamen vera resolutio.

Itaque cum Clericus Romæ obligatus in forma Camerae, & nec ibi reperitur, nec in renuntiatione expressa proprii fori intervenit consensus sui Ordinarij; non video, quod fundamento, quòve iuris colore exequi possit ab Auditore Camerae, cum in hoc casu careat penitus iurisdictione, & per consequens eius litteræ declarationis, aliæque quælibet executionem huiusmodi atque tenentis vti nullæ & inualidæ iustissimè retineri solent in Senatu, remissa causæ executionis cogitatione Ordinatio, cui de iure pertinet ex Decreto Concl. Trid. sess. 24. de reformatione, c. 20. quod in viis executionis omnino procederet, resoluimus latius hac 2. p. c. 10. vers. Ex ratione huius Pontificalis, &c. à n. 12. cum seqq. vsq. ad fine.

Subscribunt etiam huic veritatis opinioni declarationes S. Congregationis, & necnon in finiti penè DD. validissimis doctrinis muniti, de quibus supra hac 2. par. cap. 5. à principio cum suis §. §. & cap. 3. §. unico, per tot. affirmantes quod solos partis consensus in alienam iurisdictionem, illam Iudici non attribueri in prima instantia, nec valere, sed ad id requiri concursum consensus tam Episcopi Ordinarij, quam partis: conducant etiam plurima mirabilia, quæ de renuntiatione iuris complicati cumulatim in 1. p. c. 13. vers. Quarto probatur, à num. 21. cum multis seqq. in quibus quidem locis plurima reperies in comprobationem huius veritatis resolutionis; ergo iuste Senatus violentiam hanc tollit, retinendo litteras Auditoris Camerae, & remittendo partes Ordinarij.

Fuleitur insuper hæc pars, quas ius & Doctores loquentes de foro sortito ratione contractus, & conditionaliter omnes attribuunt iurisdictionem Iudici loci contractus, nempe si ibi reperitur contrahens, per hanc dictionem conditionalem (si) quæ de iure importat conditionem, ut vulgare est, & expressè probat text. in c. Romana. §. contrahentes, de foro competenti, lib. 6. & omnes

Dodores supra citati num. 15. vers. Etenim de iure iure & in dict. §. contrahentes, hæc opponuntur verba: Nisi inveniatur ibidem, quæ
 25 ¶ dictio (nisi) inter alios effectus restrictivos, & limitarios, seu negatiuos, quos longa manu recenset Augustinus Barbofa dict. 217. importat conditionem, maxime relata ad tempus futurum, vt probat text. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditionib. & demonstr. & in l. 1. §. idem scribit. ff. de positi. ibi: Nec debere absoluti, nisi resisterat, & in l. in testamento, ibi: Et nisi fierent heredes, magna pecunia mutaretur. ff. de condit. & demonstrat. Roland. conf. 49. num. 14. tom. 5. Gratus conf. 48. num. 6. & conf. 54. num. 51. Socinus lun. conf. 49. num. 18. vol. 2. & conf. 54. num. 16. vol. 3. Callaneus in consuetudin. Burgund. rubrica 1. §. 5. in verb. si non a grau. num. 12. & 13. fol. 185. Valpellan. de presap. & ad verb. significa. sub dictio. nisi. vers. Et quod, pag. 65. Antonin. Monach. Lucen. decis. 67. n. 65. Cenedus singul. 23. num. 3. Francisc. Molin. de rit. nuptiarum. lib. 1. comparatio. 20. num. 49. Barbof. vbi proxime num. 9. & fuit dictum in Treueren. loco capitulari, 10. Marty, anno 1606. coram Mançuedo impressa per Fatinacium decis. 161. num. 7. part. 2. recent.

26 Et importat formam, & vt per Olfacum decis. 174. num. 2. Gratus consil. 15. num. 15. volum. 1. Cened. dict. singul. 23. num. 6. Barbof. dict. dictio. 217. num. 10. Marius Antoninus variat. resol. lib. 1. resolut. vltim. casu. 32. vers. Pro Episcopo. in fin.

Sed iurisdicção conditionaliter attributa, non
 27 acquiritur Iudici, & nisi demum purificata conditione, & ea verè existente, antequam iurisdictionem incipiat exercere, ita vt aliter processus, & omnia à se gesta sint nulla ipso iure ex defectu iurisdictionis. Puteus decis. 429. lib. 1. Rota decis. 93. part. 4. in nonis. Gonçal. ad Regul. 8. Cancel. gloss. 9. in annotat. num. 249. & num. 251. Marta de clausul. part. 1. clausul. 92. & fuit dictum in Ancouitana bonorum, 11. Ianuar. 1607. coram Mançuedo, impressa per Marchelan. part. 2. pag. 150. & in Pampilonens. de Oranco, 18. Iunij 1610. coram Cavalerio, impressa per eundem Marchelan. vbi proxime pag. 161. Campanill. diuersor. iur. Canon. rubric. 11. cap. 13. à num. 158. Fatinacius decis. 142. n. 1. part. 2. recent. & in vna Composstel. Parrochialis, 16. Decemb. coram Orano, impressa per Marchelan. de commiss. part. 1. pag. 427. provt etiam abundè videre poteris in tract. de Regia protectione, 3. part. cap. 13. à num. 19. cum seqq. & à num. 46. cum sequentibus.

Ita vt conditio super qua datur iurisdicção,
 28 plenè probanda sit, & aliter nec Iudici data intelligitur, vt dicitur in dict. decis. Pampilonens. & in Burgens. iurisdictionis, 6. Februarij 1604. impressa per Fatinacium decis. 68. num. 1. part. 1. in recent. & in Firmiana Aluaris, impressa per eundem Fatinacium decis. 701. num. 4. ead. part. 1. & decis. 636. num. 1. part. 2. recent. eiusdem Fatinacij.

Aded quod processus & sententia lata ante
 29 purificatam conditionem, & sub qua iurisdicção datur, nulla est ipso iure, & nec transit in rem iudicatam, vt dictum fuit in dict. Composstellana, impressa per Marchelan. dict. part. 1. pag. 379. quibus adde Augustinum Barbofam in tractat. de clausulis, in clausul. 97. num. 4. & num. 10. & clausul.

sub. 98. num. 3. & 4. per tot. Igitur Auditor Cameræ procedens & contra obligatum in Roma-
 30 na Curia, non tamen ibidem repositus, ac etiam renuntiantem proprio foro expresse abque tamen consensu Ordinarj, nulliter & abque iurisdictione, necnon violenter procedere dicendum erit, atque ideo legitima, & iuridica est suatum litterarum tenentio per Senatam facta, remittentem insuper Ordinarjo cause cognitionem in prima instantia.

Hinc venit ditrimenda antiqua difficultas, an
 31 processus & sententia lata & ab alio Episcopo præterente iurisdictionem ratione contractus celebrati in suo districtu contra Clericam, non interueniente consensu proprij Ordinarj, sint nulla; in qua Catulus de Grassis in tract. de effectibus Clericatus & effectibus 1. num. 359. & seqq. secutus Turcremat. in cap. non liceat, num. 3. quest. 6. sentit; quod si sit in fauorem Clerici lata sententia, erit nulla, quia fuit causa nullitatis ipse Clericus profogans sine consensu sui Episcopi. Si autem sit lata contra eum, erit valida: quæ resolutio falsissima est, quia non est dare medium, & aut habuit Iudex iurisdictionem, & tunc acta & sententia sunt valida & sine contra, siue pro Clerico; aut iurisdictione caruit, & tunc tam processus, quam sententia sunt nulla, de quo abundè diximus & probauimus hæc 2. p. c. 6. à n. 1. 4. cum seqq. & cap. 17. per tot. & cap. 20. à num. 72.

Deinde quia acta sunt vehiculum ad sententiam, Bald. in c. cum super ad fin. de causa possess. & propt. & in l. fin. C. de susp. iur. & conf. 344. ad fin. Botigel. in l. si cui bonis. n. 25. ff. de verb. obligat. Malualia conf. 91. n. 23. Schradet. de feud. p. 9. c. 7. n. 136. Montet. decis. 25. n. 8. Surt. conf. 159. n. 46. Menoch. conf. 390. n. 35. Aldouin. conf. 17. num. 4. Muntica decis. 68. n. 9. decis. 211. n. 4. & decis. 239. n. 1. Giurba decis. 10. n. 2. & idem Giurba conf. 88. n. 6. si in ista adest defectus iurisdictionis etiam & pariter & in actis, vt sint nulla ipso iure; nam causa ob quam irritatur processus, de necessitate influit in sententiam, Signorolus conf. 154. Plotus conf. 3. n. 36. & 40. Guzzinus defens. reorum, 22. cap. 2. n. 3. Giurba conf. 9. sub 14. in fin. Ergo super eis lata sententia pro qualibet parte debet esse nulla, cum actorum nullitas intinsecè influat in eam, ex quo dicta assertio inutilis apparet: non enim expectanda erit sententia prolatio, ad iudicandam & cognoscendam, an processus fuit nullus, vel validus; nec potest esse eius validitas in aere, & in pendenti, vt ex l. cum hic status. §. siue autem. de donat. inter vir. & vxor. & singulari doctrina Bald. in l. eam quam n. 49. C. de fideicommiss. & alijs pluribus obseruat Christophorus de Paz in tract. de tenura, cap. 10. à n. 34. cum seqq. Atque ideo si vera adest defectus iurisdictionis, acta omnia & quævis sententia erunt nulla, ex quibus manifestè destruitur Caroli de Grassis resolutio in hoc articulo.

Scaccia autem in tract. de sentent. & re iudic. gloss. 7. quest. 3. limitat. 1. num. 47. post Lapum, Geminian. & Marianum Socinum aliter distinguit, & si apparet notoriè ex inspectione scripturæ, contractum non fuisse in eo loco celebratum, processum Iudicis alieni, & sententiam esse nullam, cum deficiat consensus proprij Episcopi; si sit dubium, & excipit Clericus declinans, & ad vltiora procedat Iudex, erit acta
 34 nulla, quia priùs summarè debet de qualitate, &

& declinatoria cognoscere, & si non appareat
 35 ibi gestum esse contractum, tenetur remittere ad Ordinarium suum, & sine hac pronuntiatione procedit nulliter; quæ quidem resolutio magis conformis est iuris dispositioni, vide eundem ibidem num. 53. & num. 54.

Quæ tamen procedit, quando non deficit
 36 requisitum præcisum, & quod ibi sit repositus debitor in loco contractus, quod etiam supponunt ipsi Doctores referendo oppositionem, & declinatoriam rei conuenti; sed tantum dubitatur, an contractus ibi fuerit celebratus, necne; iuxta quæ Nos infra cap. 30. §. 4. prope finem.

At vbi deficit priùs requisitum, & conditio,
 36 ¶ super qua fundatur simul iurisdicção, nempe quod non sit repositus in loco contractus, nec aliter in Clerici renuntiatione fori proprij interuenit consensus sui Episcopi, cum iurisdicção non fuerit aliter adquisita Iudici loci; omnia acta indistinctè sunt nulla ex supradictis, maxime hodie stante dispositione Concilij in
 37 dict. cap. 10. causa omnes, & quod licet legitimos iuris communis modos sortiendi forum alienum admiserit, non tamen illegitimos approbavit, provt erit iste, quando deficiant integra iuris communis requisita, ad sortiendum forum alienum ratione contractus alibi celebrati, de quibus latè hæctenus, quoniam si de iure communi in hac specie negatur Iudici loci contractus iurisdicção: maldò fortius post Concilium Tridentinum, quod regulariter resistit alieno Iudici in prima instantia.

Nec à nostra verissima resolutione hæctenus
 38 manifestè comprobata & subterfugiet aliquis dicendo; quod in obligationibus Cameralibus assidue solet apponi iuramentum, quo casu eius virtute potest quod conueniri in loco contractus, etiam ibidem non reperiat, vt latè comprobat Ioann. Gutier. de iuram. consir. c. 16. num. 6. & cum las. in l. 1. sub num. 2. limit. 1. ff. eo quod certo loco, firmat Sigismund. Scac. in tract. de sentent. & re iudic. gloss. 7. q. 3. limit. 4. n. 120. probant Angel. Paul. Caltren. & Iacobin. in dict. l. heres absens. §. 1. ff. de iudicis. Roman. singul. 279. Marian. Socin. in dict. cap. dilecti, num. 59. de for. compet. tal. in l. 1. ff. de eo quod certo loco, col. 2. Felin. in c. fin. de for. compet. n. 22. Curtius lun. post alios in dict. l. 1. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Ripa num. 66. & Augustinus Berouius num. 196. in dict. cap. 1. de iudicis.

39 Quia dupliciter respondetur; & primò quod hoc iuramentum si fuerit appositum conformitati contractus simpliciter, nec specialiter accesserit iuramentum promissionis, factæ de respondendo, aut litigando apud Iudicem loci contractus; tunc nihil operabitur in acquisitione fori, si ibidem non repositus contractus contrahens, vt eleganter aduertit Covarruias practic. quest. 10. num. 6. in princip. ibi: Idcirco erit hoc conclusio (etiam si communis sit) cautè intelligenda, vt planè aduertenda non sit, quoties contractus ipse iuramento præstito fuerit confirmatus, nec iuramentum accesserit promissioni factæ de respondendo, & litigando apud Iudicem illius loci in quo contraxit, & qui iuramentum ad maiora contractus vim adiecit, &c.

Secundò respondetur, quod prædicta doctrina
 40 na procedit in laicis, & non tamen in Clerico iurante renuntiationem proprij fori abque sui

Ordinarj consensu, cum etiam cum iuramento
 non potest promittere se posse conueniri eoram alieno Episcopo sine sui consensu, quia ipse promittit quod suum non est, sed alienum, & iuramentum in alterius detrimentum non est validum nec firmum, nec præiudicium iuris tertij. Mancin. de iurament. 4. p. effectus 110. num. 1. Seraphin. de priuileg. iurament. privilegio 151. num. 3. Cardin. Mantic. de tactis & ambig. conuent. lib. 12. tit. 33. num. 44. & lib. 13. tit. 37. num. 8. provt in terminis hanc limitationem probant Matra de iurisdic. 2. part. cap. 6. num. 46. Turcremat. in cap. non liceat, num. 6. 3. q. 6. vbi addicit duo fundamenta, quæ & alia referit, & sequitur Carolus de Grassis in tractatu de effectibus Clericatus, effectus 1. n. 55. & seqq. ¶ nam sicut principalis renuntiatione non valet in præiudicium superioris, ita nec etiam in ipsius renuntiantis habitentis ius inseparabile & complicatum, iuxta quæ Nos abundè in locis superioris citatis, num. 23. vers. subseribum etiam, &c. Ita etiam & iuramentum super renuntiatione ea appositum, illius naturam sequitur, ex vulgarib.

Nec iuramentum auget principale obligationem, & sed intra suos limites contentum addit robur, & vinculum religionis. Augustin. Barbofa dict. 134. num. 1. & 2.

Ex hac sic facile resolutione, primò infero,
 43 ¶ quod ad effectum sortiendi forum idem operatur locus contractus, & locus destinatae solutionis; nam licet in vno loco contractus celebratur, & in alium fuerit destinata solutio, istius loci forus attenditur, & fortiter obligatur, quia in eo dicitur contraxisse, probant Sigismundus Scaccia in tract. de commercijs, §. 2. gloss. 5. sub num. 194. vers. Primus, & num. 210. & seqq. & ipse lib. 1. causar. ciuil. & criminali. cap. 101. sub n. 50. & optimè in tractat. de sentent. & re iudic. gloss. 7. quest. 3. limitat. 4. num. 219. cum sequentib. Ripa in cap. 1. num. 68. de iudicis. Francisc. Molin. de brachio Regio. cap. 18. num. 14. Covarru. practicor. cap. 10. sub n. 5. vers. 9.

Et cum inter hæc duo deat iure equiparatio, & equaliter in loco destinatae solutionis militent omnes ampliationes, & limitationes, seu potius requisita, quæ desiderantur in foro contractus, ad acquisitionem iurisdictionis iuxta doctrinam Glossæ in l. mancipia, verb. aduocandum. C. de foris fugitiuis, gloss. in cap. si postquam, de electione, lib. 6. Tiraquel. de retract. limitat. §. 1. §. gloss. 1. n. 10. Antonius Gomez tom. 3. variat. cap. 1. n. 1. Surtus de alimentis tit. 1. q. 10. n. 2. Molina de primo genitij lib. 2. cap. 8. num. 16. Flores de Mena variat. quest. 3. num. 27. & 29. Caldas Pereira de possessate eligend. cap. 7. num. 7. quia equiparatorum eadem est iuris dispositio, l. 1. ff. de legatis, 1. cum similibus.

Et ideo quemadmodum requiritur ad acquisitionem & iurisdictionis in loco contractus,
 45 quod ibidem reperiat, obligatus, vt superius diximus; pariformiter requiritur, quod si repositus in loco destinatae solutionis, vt ibidem, queat conueniri, probat Scaccia de commercijs dict. §. 2. gloss. 5. num. 208. & in tract. de sentent. & re iudic. dict. limitat. 4. num. 112. ibi: Extend. secundo, vt procedat, etiam si promississet soluere certo loco, quia nisi in eo fuerit repositus, non possit illis conueniri, &c. & in num. 122. Covarru. vbi superius dict. vers. Non, Molin. dict. n. 14. L. 3. quia

46 quia idem operatur fictio in casu ficto, & quod veritas in casu vero, l. 1. ff. de adoptionibus, l. cum ex oratione, ff. de executionibus, tutor. l. qui ad certum, ff. locati, l. si multo debitori, in fin. ff. de iure dotium, l. 1. in principio. C. de rei uxoria actione.

Et licet Sebastianus Sap. in repetitione legis prima, num. 19. ff. de iudiciis, dicat, quod hæc doctrina non procedat in Clerico destinante solutionem in locum alterius Episcopi absque sui consensu, quia non sortitur forum ratione contractus ficti, sed veri, contrarium tamen est verius, quia in loco destinatae solutionis Clericus sortitur forum sine consensu Episcopi si ibi reperitur, quia non prorogatur expressè, sed ex necessitate iuris; probat Scaccia de re iudicata, gloss. 7. limitat. 1. à num. 45. qui num. 46. ita ait: Contra hanc subdeklarationem, quod enim Clericus conferendo solutionem in Diocesim alterius Episcopi sortitur ibi forum ratione contractus, licet in contrahendo non interuenierit consensus proprii Episcopi, qui isto casu sit magis à iure, quam ab homine, tenet Paulus de Castro in l. 1. sub num. 22. vers. Aut vult prorogare. C. de iurisdict. omn. iud. inter repetitiones, vol. 7. fol. 356.

48 Eleganter etiam Couarr. tract. quest. c. 10. sub num. 5. vers. 9. in hæc: Non ex proximè traditis apparet aliud dicendum fore, ubi Clericus in locum aliquem destinaret solutionem, & in eodem postea inueniretur; possit etenim apud huius loci tribunal conueniri ratione illius solutionis in eum locum destinata, etiam absque consensu Episcopi contraxisset, & solutionem detineret, nam hoc prorogatio iurisdictionis non fit solum ex consensu ipsius contrahentis, sed à lege, eiusque autoritate inducitur text. elegans in dict. cap. dilecti, ex quo hoc ipsum amotarunt plerique præsertim in hac specie, Ripa in dict. cap. 1. num. 68. de iudiciis, & ibi Boscius Codocanus adversus Philippum Decium, qui num. 23. contrariam sententiam conatus est defendere, &c. Itaque omnes limitationes quas respectu Clerici superius apposuimus ratione contractus non fortientis forum; easdem repetere in loco destinatae solutionis, atque ideo Clericus in partibus obligatus in Romam destinans solutionem; si ibidem non fuerit repetitus, vel si non renuntiavit expressè suo proprio foro cum consensu sui Episcopi, ut superius dictum fuit: nullatenus poterit Romæ conueniri coram Auditore Cameræ, nec alio quouis iudice, nec validas erit coram processus ex notorio defectu iurisdictionis.

Secundò infertur, quod licet, ut dicatur locus contractus, si sufficiat procuratorem nomine absentis, cuius habet mandatum, in eo contraxisse; non autem attenditur locus quo factum mandatum, ut probant Doctor Petrus Barbosa in l. hares absens, §. apud Labeonem, n. 26. ff. de iudiciis. Sigismundus Scaccia in tract. de commerciis, §. 11. gloss. 3. num. 212. ibi: Explico, ut locus contractus non dicatur ille ex quo transmittuntur litteræ, seu Nuntius, sed dicatur ille, in quo consensus coniunguntur, &c.

Tamen ad acquisitionem iurisdictionis, ut dicatur quis repetitus in loco contractus, si non sufficit, quod reperitur obligati procurator, sed eademmet individualis, propriaque persona debitoris; ita expressè probant Decius in cap. 1. sub num. 159. de iudiciis, in prima lectione, idem

Scaccia in tract. de re iudicata, gloss. 7. quest. 3. limitat. 4. num. 112. & 113. & num. 117. ubi plures allegat.

Tertiò, ex supradictis infertur ad declarationem plurium Doctorum, quos citamus in hac 2. part. cap. 5. §. 1. à num. 4. & seqq. & aliorum dicentium posse Auditorem Cameræ agere causas pendentes in partibus motas vigore obligationis Cameralis, necnon obligatos extra Curiam Apostolicam in forma tamen Camerali posse conuenire, quod quam falsum sit hodie, clarè ostendit Concilium Tridentinum, sess. 24. de reformatione, cap. 20. in illis verbis: Aut alij quorumcumque facultatum vigore, prohibens & auferens indistinctè ab omnibus superioribus iudicibus iurisdictionem in prima instantia, nisi ad eos legitime fuerit deuoluta ab Ordinatis, & in specie de Auditore, Cameræ diximus supra hac 2. part. cap. 3. vers. Quod ampliat, à num. 20. & in cap. 5. §. 3. à num. 4. cum multis seqq. ubi plurimis Doctoribus citatis clarè ostendimus, hodie ex non iure Pontificio penitus cessasse facultatem Auditoris Cameræ in prima instantia, & iterum hac 2. part. cap. 10. ann. 12. cum multis seqq. quibus locis videbis quod Doctores loquentes de hac facultate Auditoris Cam. procedunt ante Concil. Trident. vt & ipsi se explicant.

Clarius insuper constat ex supradictis, nam licet Concilium Tridentinum non sustulerit legitimos modos prorogandi iurisdictionem alieni iudicis, ut diximus in dict. cap. 5. vers. Plures tamen alij, num. 8. & in §. omnibus subsequentiibus: per consequens tamen illegitimos modos, & à iure communi, & Canonico reprobatos non admisit, nec approbat.

Et ideo si ex contractu extra Romanam Curiam celebrato non sortitur quis forum, nec etiam si ibi fuerit celebratus, non tamen tempore conuentionis, aut executionis ibidem repetitus debitor, vel aliter non valet suppleri Clerici repetitio per expressam formam proprii renuntiationem, deficientem consensu sui Episcopi, vt manifestè hactenus ostendimus; quo iuris fundamento, aut colore poterit Auditor Cameræ absque notoria violentia, & nullitate ex defectu iurisdictionis in prima instantia sic obligatos exequi, excommunicare, aut declarare incursum censuratum in prima instantia? Nullo quidem, nec id patitur Senatus, sed retinet Auditoris huiusmodi litteras, & causam in dies, partèsq. remittit Ordinario.

Ex hactenus late comprobatis, rectè iustificatur quod in his nostris terminis dicit Gabriel Pereira, tract. de manu Regis, l. p. c. 9. n. 10. cum seqq. in hæc: Hac quidem attemo iure procedunt, & proprius ad nostras leges Regias accedendo, ad hoc vltimus labor superest, circa casum, qui quotidie in manus Senatorum incidit, quando prababit Camerali obligatione pro pensione Roma soluenda, Clericus, qui in hoc Regno est, excommunicatur, quod tempore statuto non soluerit, an à tali executore pateat querela ad Regem, quando nulla ex iis causis apponatur, quas diximus, executionem suspendere, & primo excommunicationi obstat, quod Clericus eo casu prorogat iurisdictionem alieni Iudicis, quod fieri non potest sine proprii Episcopi consensu, cap. significati de foro competentis ad eò, &c. Quod nec iustificatur ex eo, quod obligatus in forma Cameræ renuntiat omnibus

omnibus defensionibus, & patitur in eadem obligatione declarari incursum censuras; quia talis obligatio non tenet, vt sine causæ cognitione, & sine contumacia possit excommunicari, vt probant Marcus Anton. Genuesi, in pract. Archiepiscop. cap. 117. sub num. 5. sequitur Scaccia de sentent. & re iudic. glossa 13. num. 21. que doctrina recipit approbationem ab iis, quos à num. 1. ipse Scaccia congerit; nec etiam stylus (vt in executione deficiat, & nec sit necessaria citatio) tenet, quia est contrarius naturalis, & gentium, vt latissimè comprobatur Flamin. Cartar. decis. 21. à num. 40. & seqq. videndus etiam à num. 5.

Et quomodo, & ex quibus inducatur ad prorogationem consensu Episcopi proprii, vide planè per Scacciam de sententia & re iudic. glossa 7. quest. 3. limitat. 1. à num. 49. cum multis seqq. & quod non sufficiat consensus Vicarij Generalis Episcopi, nec sit validus, tenet Carolus de Grassis de effectibus Clericatus, effectus 1. num. 58. qui num. 62. post plures probat, quod nec laicus in spiritualibus potest prorogare iurisdictionem alterius Episcopi absque sui consensu.

Quid autem erit dicendum de laico Romæ obligato, vel per se, vel per procuratorem iuxta doctrinam paulò ante scriptam in 2. illatione, vel principaliter, veluti fideiussor ad solutionem alicuius quantitatis (vt assolent) putà pro expensis alicuius dispensationis à se petite, vel pro expensis litis Romæ penditis, vel id genus alia causa, an Romæ Conuentus, cum ibidem non sit repetitus, possit petere in Senatu litterarum retentionem.

Que difficultas duo habet capita: aut enim iste laicus exequatur ab Auditore Curie, cui se submitit per obligationem in forma Cameræ Apostolicæ Romæ factam pro certa quantitate, aut ab alio Iudice temporale iurisdictionem habente.

Primo casu affirmandum erit, quod Vassallus Regis non potest consentire, & prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, quia vergit in præiudicium Regis iurisdictionis, sicque prohibuitur stat subditis & vassallis horum Regnorum, vt in l. 3. tit. 1. lib. 3. ordinamenti. Doctores in cap. 1. de locato, ubi Panormitanus n. 14. Azeuedius in l. 10. tit. 1. lib. nona Recopilat. Guierrez practiar. lib. 3. quest. 30. Bobadilla in Politica lib. 2. cap. 17. num. 192. Menochius conf. 22. num. 20. Guillelmus Benedic. in cap. Rainuntius, verb. & uxorem, decis. 2. num. 53. Aufretius de potestate Eccles. super laicos, quest. 3. Antonius Petra in tract. de potestate princip. cap. 4. num. 10. & cap. 8. num. 87. Gabriel Pereira de manu Regia, part. 1. cap. 9. num. 12. & sequent. Petrus Barbosa in l. 1. articulo 3. num. 141. & num. 166. ff. de iudiciis, quod in toto serè orbe receptum est, & à Principibus Christianis in suis ditionibus dispositum, vt firmant ipsi Doctores, & Gabriel Pereira in decis. Lusitan. 2. num. 4. Nauartus in consil. 5. tit. de sententia excommunicationis.

Quo quidem casu, si contra laicum subditum, & vassallum horum Regnorum Romæ obligatum in forma Cameræ, et si se submitteret iurisdictioni Auditoris Cameræ, aut alterius Iudicis Ecclesiastici, & qui pro executione declarationis litterarum, vel executionis remiserit ad has partes, non solum protegendus est vassallus vi

oppressus, retinendo litteras in Senatu, ne illis pars creditrix aliquomodo vtatur, sed decretum laicorum dandum, vim fieri, en conocer y proceder, causamque remittendam Iudici seculari competenti, qui de ea poterit, & cognoscere debet.

Si autem Romæ aliòve Regno extraneo contraxerit, & ibidem respondere promiserit, tunc ratione contractus, si ibidem reperitur, sortitus forum illius Regni, ac si subditus fuisset, & naturalis, Marian. Socin. in cap. dilecti, num. 23. de foro competent. Panormitan. in cap. fin. num. 36. eod. tit. Petrus Barbosa in l. hares absens, §. 1. num. 7. ff. de iudiciis, Gabriel Pereira in decis. 2. num. 5. qui num. 62. ita loquitur in hæc: Vnde si originarius huius Regni in Regno Castellæ contractum celebravit, & ibique se responsurum promiserit eorundem loco, poterit virtute huius contractus citari ad illum locum, & eo casu poterit etiam citari in Curia Regis, si ibi inueniatur, quia omniam per contractum renuntiatum sit privilegio sortita vt in Regno Castellæ forum contrahens sortitur, nihil mirum, si et talis in Curia illius Principis inuenitur licet pulsari possit; prosequitur ipse Pereira vsque ad finem decisionis, in qua latissimè agit, quando delinquens in Regno Castellæ, vel contrahens possit trahi, vel exequi, & quomodo existentem in Regno Portugaliæ.

Sed hæc doctrina procedit, quando prorogatio fit à vassallo vnus Regis consentiente in iurisdictionem alterius Regis & Regni ratione contractus vel delicti, & sic ex necessitate iuris, & ex eius dispositione, vt superius diximus. At quædo prorogatio vassalli vnus Regis consentiat in iurisdictionem alterius Regis expressè, tunc non valet eius prorogatio in præiudicium sui Regis, qui nihilominus potest vassallo prohibere & detinere, nec in alio Regno litiget, vel litem prosequatur; plurimos ad id allegat Gabriel Pereira dict. decis. 2. à num. 3. multas etiam doctrinas conuincimus, 1. part. cap. 13. vers. Quatio probatur, à num. 21. cum sequentiibus, & hac 2. part. cap. 3. §. vnic. per totum, & videndi plures citati, & sequenti per Mariam Giurbam dict. consil. 95.

Et tunc potest Princeps executioni sententiæ latæ contra suum vassallum in Regno ex prorogatione expressa sui vassalli se opponere, ratione sui præiudicij ex ea inducta, quando eius executio fit in suo Regno, quia respectu ipsius Regis res est inter alios acta, congerit plura Menoch. de arbitrariis, quest. 38. à num. 3. Vantius de nullitatibus sententiarum, tit. ex defectu iurisdictionis ordinaria, à num. 16. & seqq. Andr. Gallius lib. 1. obseruat. cap. 48. à num. 7. Couarr. practiar. cap. 10. num. fin. Gabriel Pereira dict. decis. 2. num. 10. vers. Vnde rectè, facit doctrina Giurbæ conf. 9. n. 14. ubi allegat latius ipse Giurbæ in decis. 96. à n. 19. cum multis seqq. ubi latè quod Barones passim vindicare solent subditos alterius iurisdictionem prorogatos, ubi multa congerit videndus, qui plurimos Doctores ad id allegat.

Et quod remissio rei faciendâ non est, quoties index requirens, & petensque remissionem, & index requisitus non sint eiusdem imperij, nec principatus, hancque esse veram & communem opinionem, fatentur Aufretius ad Caspell. Tholosæ decis. 319. Francisc. Marc. decis. 400. num. 9. Cenedus in collectan. ad decretum, colle-

San. 33. num. 4. sunt tamen consulendi Julius Clarus lib. 5. receptar. sententiar. §. fin. quest. 38. num. 21. Nicolaus Boëcius decis. 29. ex num. 5. Bald. in l. 2. C. de servis fugitiuis, num. 2. vers. Sed quidquid. Diacrus Perez lib. 8. tit. 4. lib. 3. pag. 88. vers. Secundo limita, & pulchre in tit. 17. l. 2. pag. 537. vers. Dubium censeri solet. Bartholom. Calaneus in consuetudinibus Burgundie vrbis. l. 2. §. unico, num. 14. late Couarru. practica. quest. cap. 11. num. 10. sicque Ficalis Regius debet se opponere, & contradicere huiusmodi executiones factas à Regni extranei iudicibus contra subditos, & naturales horum, ex prorogatione voluntaria & expressa ab illis facta in præiudicium Regiæ iurisdictionis, quam sic vindicare debet Ficalis Regius.

Quare non obstant contraria fundamenta ad principium huius capituli apposita, & quia omnia tendant ad vnum, & idem, nempe ratione contractus etiam Clericum sortiti forum iudicis loci contractus, vel ubi destinata est solutio, quo casu non iuratur dispositio Concilij Tridentini. cap. causa omnes, quæ non sustulit legitimos modos fortendi forum alienum iure Canonico approbato, quæ omnia Nos fatemur in discussu huius part. questionis, sed modus legitimus de iure esse ille, quando in loco contractus, aut destinata solutionis reperitur debitor tempore executionis, quo requisito præcisio deficiente, deficit iurisdictionis acquisitio in Iudice loci contractus, vt latissime & abunde probatum reliquimus.

Et post hoc cap. perfectum inuenimus Ant. 67. gultin. Barbolam ¶ in tract. de iure Ecclesiastico. lib. 1. cap. 39. §. 3. à num. 72. qui motus aliquibus ex argumentis per Nos in contrarium consideratis ad principium huius cap. nec non præsertim ex doctrina Couarruias (qui ex diametro dissentique verbis contra ipsum loquitur, vt ex eodem Couarruu. patet relato superius num. 21. & in num. 48.) conatur defendere, posse Clericum obligatione Camerali obligatum exequi in Romana Curia, etiam ibidem non receptum, quæ opinio nullo modo, nec iuris colore tuta esse potest: & obstantia iuris omnia Canonici principia, & fundamenta; vt hæcenus ad oculos monstrauimus, quibus certè nemo satisfacet, cauillari quippe non valent, appetitissima sunt, clara, & incuitabilia. Non tamen miratur contrariam opinionem introducere, & persuadere voluisse eruditum illum Doctorem omni laude & commendatione dignum, cum causam suam propriam tradet, & ad tuendum ius suum omnibus licet defensionibus vt, videat index, quid eligat, & sequatur.

C A P V T XXVIII.

Executorialium, ad quantitatem in Rota legitime obtentam virtute exequi an possit condemnari debitor; vel an potius istius causa sit per Senatum Ordinario remittenda? Et generaliter, vbi tertius in executorialibus prædictis non est comprehensus: an hoc recurfu licite vtatur?

Executoriales expeditur in Rota (ad quam causa legitime fuerat deuoluta) in partibus committenda, num. 11.

Executoriales Rota expeditæ contra creditorem: an in eius debito licite dirigantur, ita vt ille recurrere nequeat in Senatu obtinere remissionem Ordinario, num. 2. & seqq.

Executoriales contra creditorem expeditæ exequuntur contra eius debitorem adstrictum ex guaranteegia, aut debitiu consuetudinem, n. 3. Nec tunc eius recurrentis ad Senatum causa Ordinario remittenda, n. 4.

Executoriales contra creditorem Roma expeditæ non diriguntur contra eius debitorem Clericum non adstrictum Guarentigia, &c. Sed eius causa Ordinario remittenda per Senatum, n. 5.

Si debitor debitoris per executoriales condemnati laicus sit, declaratur vim fieri, & causa illius competenti seculari remittitur, n. 6.

Debitor debitoris condemnati non adstrictum Guarentigia prius debet coram suo Iudice Ordinario conueniri, & condemnari, antequam in eum dirigantur executoriales contra suum creditorem expeditæ, num. 7.

Singularia iura ad idem adducuntur, ibidem & num. 8. 9. & 10.

Executor executorialium contra creditorem obtentam nequit exequi eius debitorem, à quo alias debitiu via executiua exegi nequit, nisi prius conueniatur coram suo Ordinario, n. 11.

Quia tunc excedit executor, & per Senatum debitoris causa remittitur Ordinario, cum lesa reperitur eius prima instantia, n. 12.

Tertius quilibet, cui executoriales Roma legitime obtenta non officium, Regalia vi valeat, vt eius causa Ordinario remittatur, num. 13. & seqq.

Cum tertio, cui res iudicata inter alios obtenta non valet, lis est initianda, & indicium nouiter mouendum, num. 4.

Ab executione contra neminem est incipiendum, sed indicium, & condemnatio debet precedere, num. 15.

Lis initianda erit cum tertio, cui executoriales inter alios obtenta non nocent, n. 16.

Et coram suo Iudice Ordinario, ad quem prima instantia pertinet, ex Trident. cui alius Senatus causam remittet, num. 17.

Acta, & res iudicata à pari procedunt, & cui vnum non nocet, nec aliud, n. 18.

Acta possunt nocere, res iudicata tamen accidentaliter, & conuerso autem hoc non currit, n. 19. Cum tertio in lite pendente comparente exclusiue lis initianda est quia acta iudicij inter alios illi non nocent, num. 20.

Et coram suo Ordinario instantia (qua distincta est) tractari debet, aliter huius tertij causam Senatus Ordinario remittit, n. 21.

Tertij causa, cui executoriales Roma expeditæ, vel alibi non nocent, penitus per Senatum Ordinario erit remittenda, num. 22.

Littera mera iniuria retinetur in Senatu percutientes Tridentinum Decretum, n. 23.

Executoriales obtenta contra vnum, quæ tertio non nocent, licet istius causam Ordinario remittat, Senatus executoriales non retinet, sed vincemini tradit, vt contra comprehensos illi vtantur coram executori, num. 24.

Quod

Quod & procedit in similibus aliis literis in prima instantia contra vnum licite expeditis, contra alios vero non, sed horum causam Senatus remittit Ordinario, num. 15.



LIAM cap. 29. infra diximus; ad Curiam Romanam legitime semel deuoluta causa, posse & illic expediti executoriales in partibus committendas pro earum executione, ex qua resolutione præsens suboritur disceptatio; an executor earundem virtute, & cum sint ad quantitatem legitime expeditæ, exequi debitorem condemnati possit, cetero quod recurrentis ad Senatum alleget, se tertium esse, non nominatum in eisdem, nec aliter conuictum & condemnatum pro summa à se debita ipsi condemnato per executoriales prædictas, ac propterea de necessitate debere, licet cum eo incipi coram suo Ordinario aliis Iudice competente, cui omnium causarum in prima instantia de iure pertinet, præsertim neuosè per S. Concilium Trident. sess. 24. de reform. cap. 20.

Cuius mirabilis difficultatis resolutio ab alia pendet, & quam bipartitam firmavimus in tract. de Regia protectione, 4. part. cap. 8. à num. 147. vbi post exactam disputationem, & magnam iurium mirabilium, & Doctorum cateruam dilectissime diximus; quod tunc poterit executor executorialium ad quantitatem expeditarum directè exequi debitorem condemnati executi, quando iste debitor vel confessus est, se debere quantitatem; vel sit ad eandem per instrumentum guarentigiam obnoxius, & obligatus, vel aliàs antea per rem iudicatam iam fuerit victus à suo creditore, & tunc licet iste debitor recurret ad Senatum pro obtinenda remissione suæ causæ Ordinario, audiri non debet; quantitas namque, quæ in prædicto statu reperitur, consideratur in potestate sui creditoris condemnati, in quem legitime diriguntur executorialiales, ac propterea indubiè executori iterum causa huius debitoris per Senatum erit remittenda, vt latius comprobauimus in dict. cap. 8. dict. num. 247. & seqq.

Contra verò, si debitum in hoc non sit statum, & quod à debitore queat exigi via executiua, nec ipse illud confiteatur, præcisè necessarium erit, vt coram Iudice Ordinario suo aliàs competente actione personali prius conueniatur, & via ordinaria debitum probetur, & de eodem conuictus per executoriales, & tres conformes condemnatur, quo casu recurrentis debitor ad Senatum, si hoc statu reperitur debitum; indubiè obtinebit remissionem suæ causæ Ordinario faciendam, siue debitor Clericus sit, siue laicus, hæc tamen adhibita distinctione, quod si Clericus est, directè sit remissio Ordinario & Ecclesiastico ob contrauentionem S. Concilij Trident. dict. cap. 20. At si laicus est, non sic, sed per decretum laicorum (sic dictam vulgo) & ab initio per creditorem, Regiumve Ficalem intentandum, & postulandum, nec aliter potest, nec debet huiusmodi laici debitoris causa in Senatum introduci, eò quod recursus hic ob contrauentionem Concilij ind. c. causa omnes, intentatur dumtaxat in causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in prima instantia; quare cum istius debitoris laici causa non ad forum Ecclesiasticum, sed ad Iudicem

secularem spectet, per decretum laicorum dumtaxat auocanda erit hæc causa ab executori Ecclesiastico, faciendæ eiusdem remissione Iudici seculari competenti, qui de ea debeat, & possit cognoscere, & hoc iure vtatur.

Prædicta resolutio (quod debitoris Ecclesiastici causa hoc casu, & cum sumus in prima instantia, debeat remitti Ordinario, quæ coram eo prius de necessitate debet conueniri, & cum debitore causa initianda sit in via Ordinaria) validissimis iuris nititur fundamentis: in primis, expendo elegantem text. in Authen. de collationibus. §. ea autem, vers. Si autem aliquis, collatione 9. cuius (loquens in executoribus) & mirabilia sunt verba: Si autem aliquis pro veritate publica habens tributa, dicat executori esse sibi alium de iure, non licere executori molestiam aliquam denominato inferre, nisi prius debitor probetur (sequitur & facit) hoc tamen prius requiri apud Iudicem Prouincie, si pro veritate debitor est is, qui denominatus est, & ita fiat conclusio, &c.

Textus est etiam non minus expressus in Decretis à Diuo Pio §. si quo ff. de re iudicat. cognoscen. offer enim nomen iure pignoris capi, iolter rescriptis, sed vtrum confessi ut imponam capi possit, an etiam, si neget quis, debere, videmus, & magis est, quod idem nomen pignoris capiat, quod confiteatur, vtrum si negetur, equissimum est discedi à nomine, nisi forte quis extempum sit, vni corporaliu pignorum, vltra processerit, dixeritque istos debere Iudices de nomine cognoscere, vt cognoscunt de proprietate, sed contra rescriptum est.

Idipsum probat text. in l. si in causa iudicati, ibi: Debitoribus & eius conuentis ad solutionem auctoritate Præsidis Prouincie compelluntur &c. C. quando Fiscum vel priuatum debitorem sui debitoribus conueni. poss. optimus etiam est text. ad id in l. 3. ibi: Si debitum non insciantur, quos obnoxios debitoribus Fiscis esse, proponis, potest videri non esse iniquum quod desideras, vt ad solutionem per officium procuratoris compellantur. Nam si questio aliqua referretur, id concedi non oportere, etiam ipse perspicis, C. eodem titulo.

Probat etiam text. in l. etiam, immola l. eos, ibi: Apud Rectorem conuenit Prouincia, qui sine debitum confessi, sine negantes, & conuicti fuerint condemnati, &c. cum lata sententia capitis pignorum, ac distractis, secundum ea que sapè constituta sunt, meruerint executionem, &c. C. de executione rei iudicata.

Hanc etiam conclusionem, quod quando debitum in eo non sit statum, & vt aduersus debitorem exigi queat via executiua, vt sit de eo cognoscendum coram suo Iudice Ordinario aliàs competente, & non coram executori executorialium aduersus suum creditorem expeditarum, probant Bald. mirabiliter in dict. l. etiam, per text. ibi num. 3. cuius verba adduximus in tract. de Regia protectione 4. part. cap. 8. num. 253. Glossa, Cynus, Barthol. & alij communiter DD. in dict. l. 2. C. quando Fiscum vel priuatum. Salicetus in dict. l. etiam, Speculator in titulo, de primo Decreto, §. restat. num. 4. & 6. Angelus in l. à Diuo Pio. §. si quoque, in principio, vbi etiam Immola col. 1. vers. Hac vera. ff. de re iudicata, & cum Immola, Alexandro, Paulo, & Iaf. in dict. §. si quoque, probat Parladorus lib. 2. rerum quoridianar. cap. fin. 5. part. §. 3. num. 45. Petrus Sured.